

„tis infirmis competentius ministrare, illud indignum esse, ut numerus sanorum ibidem manentium excedat numerum infirmorum aut peregrinorum.

Rationem subjicit: „Bona etenim ibidem ex devotione Fidelium collata, non sunt sanorum usus deputata, sed potius infirmorum.

XIII. Huic abusu ut obviarent Fundatores, frequentius certum numerum Fratrum & Sororum, quæ infirmis aut peregrinis inseriendis credebant sufficientem præfixerunt.

Anno 1215, Stephanus Episcopus Novionensis fundans hospitale, præfixit numerum quinque Fratrum converſorum Laicorum, & tredecim Sororum, eumque numquam excedi volens; uti habetur *com. 13. Specilegii Dacheriani, pag. 334.* Meminit Renatus Choppinus lib. 3. De S. Polit. tit. 5. num. 6. cujusdam hospitalis anno 1419. fundati à quodam Berlino, ea conditione, ut ibidem unus Prior cum novem Religiosis, nimirum quatuor Capellanis, & quinque Canonici Regularibus Ordinibus S. Augustini, ministrarent.

In Littetis Honorii III. quibus cura Leprosarum ad muros urbis Lovanienſis vulgò *Tor-Banck* committitur directioni Abbatis Villatiensis, expressè cavetur, quod numerus Fratrum & Sororum ibidem Leprosis ministrantium numerum novennarium excedere nequeat.

Plures indubè hujusmodi præscripti limites reperientur, si litteræ foundationum excutiantur.

XIV. Episcopus Tornacensis anno 1233, uniens famofum hospitale in Civitate Gandensi, vulgò *Byloca* dictum, Monasterio Monialium Ordinis Cisterciensis, expressè cavet, quod quamvis proventibus abundaret, non reciperentur nisi pauca Moniales, ita ut numerum non excedant viginti quinque, nisi ex evidentissima & urgenti causa, & convertæ Sorores ibidem non recipiantur nisi pauca quæ sufficere possint ad ipsius hospitalis ac Monasterii ministeria obeunda.

XV. Sed ne hi qui sive in spiritualibus, sive corporalibus inferviunt, liberalius quam oportet, in suos usus convertant hospitalium proventus, certa quantitas proventuum nonnumquam pro victu & vestitu aliisque necessariis ipsis assignari & taxari consuevit.

Et quidem in Gallia Edicto Regio de anno 1561. decretum fuit, ut per judices locorum taxaretur certa summa pro illo, qui hospitale aut leproſarium possidet in titulum; quodque similiter taxaretur summa pro victu & vestitu Religioſorum qui in hospitalibus ad ministrandum infirmis morantur, danda ipsis ab Administratortibus. Verba Edicti sunt: *Ordonnons & enjoignons aux Juges des lieux arbitrer & taxer dedans un mois pour tous delais, à nous ceux qui se prétendent Titulaires, de quelque qualite qu'ils soient, & quelque provision qu'ils ayent obtenue, soit de nous, à la nomination de nostre grand Aumosnier ou autrement, certaine somme pour leur vivre & vestaire seulement, en regard au revenu de l'Hospital ou Maladiere, laquelle somme à quelque revenu que se puisse monter led. Hospital ou Maladiere, n'excedera la somme de sept vingts livres tour. par chacun an, à prendre & recevoir par les mains des Administrateurs, la somme qui sera taxée, à la charge de faire le Service divin, & administrer les Sacraments aux pauvres en personne, comme leur Office & devoir le requiert. Entendons toutes fois qu'ès lieux où il y a Religieux ou Religieuses, les fondations soient gardées & entretenues, & pour leur vivre & commun vestaire seulement, somme certaine soit taxée, laquelle leur sera distribuée & payée par les mains des Administrateurs.* Id est. Mandamus & injungimus Judicibus locorum, ut intra mensem, nec diutius differant, omnibus qui se titulares asserent cujuscumque qualitatis fuerint, & qualemcumque obtinerint col-

lationem sive à nobis per nominationem supremi nostri Elemoſynarii, sive alio modo, decernant & taxent certam summam pro victu & vestitu tantum, habita ratione redditum domus hospitalis aut Nosocomii, quæ summa, quantumque sint redditus dictæ domus hospitalis aut Nosocomii, non excedet centum quadraginta libras *Turonenses* annuatim percipienda recipiendaque per manus Administratorum, prout taxata fuerit: sub onere persolvendi Officium divinum, administrandique per se Sacramenta pauperibus ut munus ipsorum & Officium requirit. Volumus nihilominus ut in locis in quibus sunt Religiosi aut Moniales, Fundationes observentur & conserventur, quo ipsorum victu & communi vestitu tantum, determinataque summa taxetur quæ per Administratores ipsis distribuetur & persolvetur.

Deinde art. 3. addit: *Le surplus du revenu desdits hospitaux, maladeries & autres lieux pitoyables sera entièrement employé à la nourriture & ceceſſitez, desd. pauvres, reparations & entretenemens des bastimens, edifices & autres choses necessaires.* Id est. Quod supererit ex redditibus dictarum domuum Hospitalium aut Nosocomiorum aliorumque locorum pie Fundationis penitus convertetur in alimentacionem & necessitatem dictorum pauperum, reparaciones & edificiorum conservacionem, ædificationes, aliaque necessaria.

XVI. Conſormiter ad hoc Edictum anno 1567. dictum fuit per arrestum Curie, quod Priori hospitalis fundati ab Arnulpho Berlino, daretur summa 140. librarum tamquam titulari; & cæteris Religiosis darentur necessaria ad victum in specie per Administratores. Verba arresti prout referuntur apud Choppinum De Sacra Polit. lib. 3. tit. 5. num. 6. in notis, sunt: *Et aura le dit Prieur 140. livres de taxe comme titulaire, suivant l'edict des hospitaux du Moy Avril 1561. Et que par la main desdits Gouverneurs, les autres Religieux & Religieuses seront administrés en espece de pitance, bleds, vins, & autres choses à eux necessaires.* Id est. Habebitque dictus Prior 140. libras secundum taxam tamquam titularis, juxta Edictum concernens domus hospitalia datam mense Aprili 1561. & per supradictos Præfectos cæteris Religiosis & Monialibus dabitur in forma obſonit aut pitancæ, frumentum, vinum aliaque necessaria.

Similia atreſta quibus portio infumenda in victum & vestitu Ministrorum taxata fuit, profert Joannes Torneſius in ſua collectione arrestorum *lit. H. c. 34.*

XVII. Meminit hujus gallicanæ disciplinæ Zypæus *Conſult. 2. n. 1. De Religiosis domibus*; additque. *Quod apud nos non obtinet, sed ubique foundationum termini attenduntur.*

Verum licet in Belgio non habeamus Edicta Regia quibus similis taxa præſcribitur, nihilominus illud observandum, ut juxta foundationum terminos, proventus hospitalium impendantur in usus pauperum; neque ultra necessaria ministris impendantur.

XVIII. Hinc S. Carolus in Concilio Mediolanensi IV. parte 3. tit. *Quæ ad pia loca pertinent.* statuit: *„Quæ potro elemoſynæ pauperibus, aut singulis etiam sive hominibus sive familiis quavis ratione debentur, ne in alium cujusque rei usum, ac ne in Ecclesiæ quidem, inſtaurationem ornatumve eas erogari liceat, nisi & eorum quorum interest consensu, & Episcopi præterea concessu eoque litteris exarato.*

XIX. Porro contingere potest, ut loca quædam pro personis certo morbi genere infectis fundata sint, isque morbus certis temporibus cesset; ideoque non reperiantur quibus juxta litteram foundationis proventus locorum impendendi essent: quo casu ne pia fundatorum intentio suo fructretur effectu, voluit Synodus

„dus Tridentina *Seſſ. 25. cap. 8. De Reformat.* ut tunc arbitrio Episcopi cum duobus de Capitulo in usum, qui eorum institutioni proximus est, convertantur. Verba Decreti sunt: *„Quod si hospitalia hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum personarum genus suscipiendum fuerint instituta; nec in loco, ubi sunt dicta hospitalia, similes personæ, aut perpaucæ reperiantur; mandat adhuc, ut fructus illorum in aliorum usum, qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco & tempore utilior, convertantur, prout Ordinatio cum duobus de Capitulo, qui rerum usu peritiores sint, per ipsum deligendis, magis expedire visum fuerit, nisi aliter forte, etiam in hunc eventum, in eorum fundacione aut institutione fuerit expressum, quo casu, quod ordinatum fuit, observari curet Episcopus, aut, si id non possit, ipse prout supra, utiliter provideat.*

XX. Quod hic Concilium dicit de usu institutioni hospitalium proximiori, non scrupulosè intelligendum esse, lat inquit ipsum Concilium, dum addit, *pro loco & tempore utilior.* Mens Concilii in formatione hujus Decreti unice fuit prohibere, ne qui possident hospitalia omnes fructus in usus proprios convertant, sub prætextu quod non inventiantur infirmi juxta institutionem hospitalis; uti declarasse S. Congregationem refertur ad calcem *capituli 8.*

XXI. Sed quod hæc Fundationum mutatio committatur arbitrio Episcopi cum duobus de Capitulo, dubito num hic in Belgio indistinctè admittatur; præsertim si de Laicalibus fundacionibus agatur. Neque enim facile permetterentur Judices Regii, ut sine eorum interventu similes commutationes absolventur. Unde præviè ad publicationem Concilii Tridentini, ad *cap. 6. seſſ. 22.* quo commutationes ultimatum voluntatum committuntur Episcopis locorum tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis, hæc nota apposta fuit: *„Hanc auctoritatem negant Concilia, unquam in Belgio competuisse Judicibus Ecclesiasticis.*

XXII. Quapropter si de commutatione alicujus fundacionis, præsertim notabilis agatur, consultus est, ut consensu Episcopi accedat consensus Regius; atque utraque auctoritate commutatio firmetur.

In Gallia Edicto Regio anni 1672. Ordini militari S. Lazari uniti sunt proventus eorumque administratio perpetua omnium aliorum Ordinum Hospitalarium, qui aliquando in Regno Galliarum fuerunt, & de facto extincti sunt. Ulterius eidem Ordini data est administratio omnium leproſariorum, & hospitalium in quibus hospitalitas cessavit, sive illa in titulum, sive in administrationem possiderentur; idque sine obligatione reddendi computum de iisdem proventibus. Ex omnibus his proventus Rex instituit plures Commendatarias, quas ipse Rex tamquam Caput Ordinis pleno jure confert Officiariis & militibus huic Ordini adscriptis; eaque etiam pensione aliqua in favorem aliorum Officiariorum gravare potest. Ordo ipse expensas suppeditare debet pro hospitalibus militaribus & locorum limitaneorum; & in sustentationem leproſorum, si qui reperiantur. Ita refert Fleury lib. 2. *Instit. Juris Can. cap. 30.*

## CAPUT V.

Qui ad hospitalia recipiendis & quid circa Mendicos habeant Principum Edicta; & quomodo regenda?

1. In receptione pauperum non sola egestas attendenda.
2. In hac receptione privatus affectus seponendus.
3. Nebulosis & histrionibus, & morbum simulantibus hospitalia parere non debent.

4. Validi Mendici ad hospitalia non recipiendi.
5. Etiam à communibus elemoſynis hujusmodi mendici excludendi.
6. Opificiis similes potius applicandi.
7. Hujusmodi Mendici semper admodum odiosi fuerunt.
8. Constitutio Imp. Valentini contra validos Mendicantes.
9. Novella Justiniani eosdem coercens.
10. Veteres Gallorum leges contra validos Mendicantes.
11. Edicto Principum nostrorum Validi & sufficientes ut labore manuum victum acquirant, mendicare vetantur.
12. Officiarii locorum frequenter accedere debent ad loca in quibus similes Mendici convenire solent.
13. Officiarii Mendicos qui corporum infirmitatem præferunt visitare possunt; & fingentes morbum puniendi.
14. Peregrini qua cautione, & pro quo tempore ad Hospitalia recipiendi.
15. Quanta mala inferat inertia Magistratum in executione his Principum Edictis.
16. Edicto Caroli V. omnibus generaliter vetitum fuit mendicare.
16. Vetitum parentibus permittere proles mendicare & in singulis locis constituendi qui invigilent.
18. Optandum ut hujus Edicti haberi posset executio.
19. Quomodo Civitates se à validis Mendicantibus liberare possent.
20. Ut pauperibus aliunde quam per mendicitatem provideretur desideravit Carolus V.
21. Ob difficultatem providendi pauperibus de necessariis subsidia executionem non habuit Edictum.
22. In recentioribus Edictis mendicitas cum certis limitationibus tolerata.
23. Paupertas & insufficientia ad lucrandum victum probari debent.
24. Edicta Principum nostrorum mendicare non permittunt extra locum originis & habitacionis.
25. Hec conformata antiquis Canonibus qui volunt ut unaquaque civitas suos pauperes aliat.
26. Idipsum cautum in Capitularibus Regum Francorum.
27. Major cura & præsertim in spiritualibus circa pauperes haberi posset, si vagari non permitterentur.
28. Quid S. Carolus statuerit pro cura spiritali pauperum.
29. Ad dedicationes, convivias nuptialia aliaque similes solemnitates mendici accedere vetantur.
30. Vetantur mendicare in Ecclesiis.
31. Tenentur se conformare statutis locorum vetantibus mendicitatem, aut eam ad certum locum aut tempus limitantibus.
32. Quorumdam locorum statutum a vagantibus & ostiatim stipem emendicandi licentiam vetantia.
33. Horum statutorum æquitas vindicatur à Jurisconsulto Brugensi.
34. Ut honestas in hospitalibus servetur, persona utriusque sexus separanda.
35. Hæc separatio etiam servanda in locis piis ad educationem puerorum destinatis.
36. Quid de hac resenserit Gersonius & Salesius?
37. Singulariter attendendum qui pueris præſciantur.
38. Pueri opificiis applicandi, ne mendicare cogantur.
39. Rectores hospitalium curare debent, ut quoad corporalia & spiritalia ipsis pauperibus bene sit.

**R**ectores & administratores hospitalium imprimis attendere debent, se non esse dominos proventuum illorum locorum, sed nudos & simplices dispensatores; neque proventus illos in ipsorum commodum aut usum esse à Fundatoribus primario destinatos; sed in pauperum sublevationem; eamque dispensationem esse faciendam juxta leges justitiae distributivae in illud pauperum genus, in quod ipse Fundator proventus impensos voluit. "In hoc autem pauperum delectu, non egestatis inopiaeque solum, sed motum etiam, ac vitae probitatis ratio habeatur; ait S. Carolus in Concil. Mediol. V. parte 3. tit. Quae ad pia loca pertinent Idiplum Synodi nostrae Belgicae in dispensatione elemosynarum Mensae S. Spiritus observari volunt, ut supra parte 1. tit. 5. c. 3. ostensum est.

Si quas forsan speciales insuper qualitates aut conditiones requisierit in admittendis ipse Fundator, & has ipsi Rectores & Administratores, tamquam fideles dispensatores, & executores attendere tenebuntur.

II. At infidelis est dispensatio, magnusque abusus, quem merito, damnat Synodus Colonienfis anno 1536. parte 1. cap. 6. "quo in quibusdam locis fit, ut neglectis miseris ac inopibus quibus hospitalia dedicata sunt, ex privato affectu Magistrorum, aut Magistratum, qui hospitalibus hinc praesunt, non modo validi, sed & quibus victus & vestitus suppetit, recipiantur tantum quod illic commodius & in orio vivatur, qui certe alter cenferi non possunt, quam pauperum depravatores, raptoresque, de alieno viventes, ac velut ex sanguine pauperum saginati.

III. Adhuc attendendum est Rectoribus hospitalium aliorumque piorum locorum, "ne ea loca quae pauperum & peregrinorum subsidio sunt addita, aleatoribus, histrionibus atque id genus nebulonibus pariant, ait Synodus P. II. Cameracenfis tit. 15. cap. 14. Idiplum monuit S. Carolus in suo Concilio Mediol. I. parte 3. tit. De piorum locorum administratione.

Addit praeterea S. Carolus; ne Mendicis morbum simulantis domorum hospitalium aditus pateat.

IV. Cum enim hujusmodi loca eorumque bona a mendicantibus & infirmis sunt unice destinata, merito ab illis repelluntur. "Mendici validi & robusti, qui manuum labore se ipsos sustentare possunt; ne miserabilium personarum alimenta ab ignavis ac desidiosis, impie absumantur, "uti loquitur Concilium Biterrense anno 1584. tit. 43. can. 4. volens, ut hospitalia his solis pateant, qui praegritudine, senio aut corporis imbecillitate victum sibi parare non possunt.

V. Synodus Colonienfis anno 1536. parte II. cap. 5. ait: "Sint autem Mendicantibus validis non solum hospitalia clausa, sed & publice ac ostiatim mendicare, penitus interdictum. Et qui secus agere comperti fuerint arceantur, ac legalibus nostrisque constitutionibus comprehensis poenis subdantur. Utilius enim est, si de cibo securius justitiam negligat, quam eidem frangitur, ut seductus in justitiam acquiescat.

VI. Idiplum & alia passim Synodi inculcant; additque merito Synodus Burdigalensis anno 1583. tit. 28. "Compellanturque à Magistratibus se potius in aliqua arte exercere, vel manuum labore honestum vitam subsidium querere, quam immeritis elemosynis ignaviam suam alere.

Voluit Similiter S. Carolus loco citato, ut hujusmodi mendicanti moneantur, "ut se in arte aliqua potius exercentes inde sibi honestum vitam subsidium comparent, quam ignaviae ac desidia dediti, ostiatim in trivis, &

in templis miserimè mendicent. Si id reculerint, eum, rent Episcopi ut ejiciantur.

VII. Hujusmodi validi Mendicanti admodum semper odiosi, & tamquam Republicae perniciosi habitus fuerint, eosque etiam ipsi Romani Imperatores, non tantum elemosynis indignos, sed etiam tamquam Republicae pestes sunt execrati, & publicis legibus coercuerunt.

VIII. Extat de his Constitutio Imperatoris Valentini Junioris de anno 381. in L. unica Cod. De Mendicantibus validis lib. 11. & in Codice Theodosiano lib. 14. tit. 18. ubi ostendit Jacobus Gothofredus, quod mens seu sententia Valentini isthaec unica sit, ut in Urbem Roma submoveat, vicisque publicos; urbemque aded hinc mendicantibus liberet, atque incondita turba, inutilique pondere terat.

Turbam magnam hujusmodi validorum mendicantium tunc temporis Romam affluxisse, & qua occasione id contigerit, ibidem ostendit Gothofredus.

IX. Memoranda, & merito notanda est de his Constitutio Justiniani Imp. in Novella 80. Cum enim plurimi Constantinopolim confluerent, Quae storem instituit Justinianus, qui inquireret in peregrinos, & causas adventus eorum: si lites, velociter eos, praesertim agricolas, eripi difficultatibus curaret, & contentionibus sopitis remitti in suas Civitates & Provincias, Illis poro qui negotium ibi non haberent excedere compulsi. Mendicantes vero ait cap. 5. "Si hujus terrae (id est indigenae) fuerint, & corporibus quidem validis, utantur, vitam eis decens non est occasio; hos non frustra esse terrae onus permittere, sed tradere civitatis eos operum publicorum attinet artificibus, ad ministerium, & praepositis panificantium stationum, & hortos operantibus, aliisque diversis artibus, aut operibus, in quibus valent simul quidem laborare, simul autem alii; & segetem ita ad meliorem mutare vitam.

"Si vero aliqui noluerint observare operibus quibus traditi sunt, hos lectari hac Regia civitate: parcentes enim eis, hoc sancimus: ut non segnitie eos ad illicitos actus impellente, leges eos abripiant ad penam, & si istis tradentes iudicibus, Laetos autem aut laetas corpore, aut canice graves, hos sine molestia esse jubemus in hac nostra civitate, aut pie agere volentibus adscribendos; & aliorum singulos inter, rogare qua venerint gratia: & inquisitis, quae digna sunt super eis agere, ut non pigri hic sedeant, sed competentia agentes, ad proprias revertantur provincias.

X. Beatus Rhenanus lib. 2. Rerum German. pag. 95. inter alias leges Francorum hanc refert: "Mendici per regiones vagari non permittantur. Suos pauperes quaque civitas alio. Illis, nisi manibus operentur, nullus quidquam dato. "Extat quoque similis lex lib. 1. Capitularium Regum Francorum cap. 118.

XI. Principibus nostris non minus odiosum fuit hoc perniciosum hominum genus, ut ex ipsis Edictis cognoscere possimus.

Imprimis Edicto de 8. Junii 1559. (extatque parte 2. Edictorum Flandriae lib. 1. Rubrica 3.) vetatur, ne ullus sine incolae, sive exteri validi corpore, & sufficientes ad laborem, ut victum sibi parare queant, sub quocumque praetextu possint discurrere in pagis vel civitatibus mendicare, aut apud seculares aut Ecclesiasticos expensas facere, abique earum solutione sub poena fustigationis, & stigmatis in dorso aliae arbitraria. Verba Edicti sunt: "Dat niemant wies by sy lantsehe noch Dylantsehe, hunne ghesondelen hebbende, ende son gheselt zynde dat sy tot eenighen aerbezt mogen bequaem zyn om den oost te winnen. en zullen mogen Rabans ghevoyses, oft onder de decyfele van voerck te zoeken oft andersins achter Lunde gaen in Steden oft in Dorpen, biddende beurlieder Broods, oft op de goede lieden. Gheselick, oft Weerlicke, gaen teeren zonder hunnen Cost te betaelen, oppeine voor de eerste reyse van ghegheestelt ende met een bernende Yser op hunnen Rugghe ghececken te zyne, oft voor eenen ydt op de Galeyen ghesonden, oft in gemeine vvercken gheselt, oft anders arbitrarick ghestrafte te worden. Ende inden sulcke Personen ten platten Lande bevonden worden met Waepenen, cfi gheserde Stocken gaende, oft in sulcke gheselschap, oft maniere, dat sy de goede Liedes souffisante oorzacke gheven, van hen bevreest te zyne, oft eenig ghevreelt, overvullighe worden ende dreigementen te ghebruicken, oft hunne peerden oft Hoornbeesten steeldem oft vvech leyden, zunderlinge vuyt de Weide by nachte, oft andersins in hunne beesten, Hysfraet, ende ander Goede schaede oft onvulle deden, van alldan uen hun Lyf, oock met de Galphe: Oft indien sy jemande dreechden te verbranden, oft in openbaer vveghen be-roofden, met den Viere ghepunert, ende ghestrafte te worden. Id est, Nemini quibuscumque fuerit, sine incolae sive extraneo, & corpore valenti, atque ita disposito ut labori sit aptus quo cibum lucretur, licebit scurrili more aut titulo querenda opera, aut aliis per agros discurrete, aut in Civitatibus & Pagis mendicare, aut hostis hominibus seu Ecclesiasticis seu Secularibus sumptu tuere nec persolvere Pro primo delicto flagellationis & inurendi stigmatis, aut tritimes ad tempus aut operas publicas damnationis aut alia arbitraria poena interdictum esto. Si autem tales in agris deprehendantur armati, aut incedentes baculis ferro praefixis, aut tali in confortio & habitu ut probis sufficienter timoris ansam praebant, seu vi quidquam moliantur, contumeliosus profcindant, minas intendant, equos aut armenta furentur & abigant, praecipue noctu ex pascuis aut alio demum modo pecoribus suppellectili aliisque cujusquam bonis detrimentum aut incommodum inferant, tum poena in corpore etiam laqueo plectantur: si autem & incendi-um minarentur, aut "in viis publicis grassarentur ignis supplicio in eos animadvertatur.

motque Hospitalis, Nuptias, Dedications simileque Festivus conventus se conferat, ad quae istiusmodi homines solent confluere, ut eos comprehendant, & juxta hujus Edicti tenorem contra eos procedat.

XIII. Et quia similes vagabundi & otiosi homines frequenter simulant morbos, aut fingunt vulnera, vult praedictum Edictum de anno 1617. art. 12. ut Officiarii adhibitis medicis & chyrurgis ipsos visitent; & si deprehendant fictionem, etiam criminaliter adversus ipsos procedant Verba sunt: "Voorts om te voorsien teghens het bedrog dat de Bedelaers ende Bedelers ghevoonlick sin voorts te stellen, hngghelaten oft sy met eenighe seckten gequeste voaeren oft andersins ghe debilitiert, hoe vvel dat zydt niet en syn hebben vuy gheordonneert ende ghestaeneert, Ordonneren ende statueren dat ten versoecke van de respectieve Officiers van de plaetsen de voors. Bedelaers ende Bedelers zullen ghevisteert worden door ghesvorenen Medecyns ende Chyrurgiens, ten eynde dat de ghene die bevonden zullen vvesen hun ghesluten te neb- ben seck te syn van sulcke seckte creupelheydt oft andere Kranckheyt, rigorenselick gheexamineert ende crimine- liken gestraft worden naer de circconstantien ende ghe- legenhede van de sake Id est. Caeterum ad occurrendum fraudibus quibus Mendici & Mendicac solent imponere, fingentes se morbis quibusdam vexatos aut alio modo debiles, quantum vis falso. Mandavimus & decrevimus, mandamus & decernimus, ut ad postulatio- nem Praefectorum locorum respectivè, dicti Mendici & Mendicac per Medicos & Chirurgos Juratos examinentur, ad eum finem ut qui deprehensi fuerint morbum aliquem, claudicationem, aut infirmitatem quampiam simulasse, rigorose interrogentur, & attentis circumstantiis & qualitatibus causae, ut criminis rei puniantur.

XIV. Sub his Edictis nequaquam comprehenduntur honesti homines non soliti mendicare; sed peregrinationis aut alia honesta causa de uno ad alium locum itinerantes; poteruntque hi in hospitalibus & piis locis una nocte morari juxta Edictum Caroli V. de 7. Octob. 1532. quod habetur parte 1. Edict. Flandriae lib. 3. Rubrica 1. hac tamen cautione, quod priusquam à Magistris hospitalium recipiantur, debeant accipere signum consuetum à Deputato Elemosynario. Verba Edicti sunt: "Item dat gheen vreemde oft nylandige personen om aelmoessen en sullen mogen bidden, op gelucke peine ende correctie Behoudelick dat eerbaer lieden (met ghevoonlick te bidden, passer ende haeren vvegh in pelgrimage oft andere verdienstighe vvercken) sullen mogen logieren in Gast-huylen ende Gods-huylen eenen nacht alleenlick, op de peyne als voren Ende om by den Meesters oft Meestressen van den voorsyden Gast-huylen ontfanghen te vvo dene, sullen gehouden vvesen te vvercrvghen ende hemel, te pre- senteren lyccecken van den Officieren ofte gecommiteerde tot der charitate, van der plecken inden vvelcken zy sullen vwillen logieren. Id est. Item quod nulli peregrino elemosynas emendicare licitum erit: simili poena & correctioe decreta. Salvo tamen ut personis honestis (nec mendicare consuetis per vias transleantibus in peregrinationem, aut alia meritoria opera obeantibus) indulgeatur hospitium in Xenodochiis & domibus hospitalibus una dumtaxat nocte, aliàs eadem ut supra praenata constituta. Ut vero à Magistro seu Magistris recipiantur, tenebuntur eis exhibere signum consuetum Praefecti aut Deputati Elemosynarii, locorum in quibus hospitali decreverint.

XV. Idiplum habetur in Edicto ejusdem Caroli de 22. Dec. 1515. & extat Parte 1. Edict. Flandriae lib. 1. Rubrica 1. ad- dita cautione, quod singulis vicibus debebunt habere testimonium praecipui Officiarii loci è quo exierunt peregrinationis causa, continent testimonium vitae & regimini, & causam peregrinationis; neque aliquis ipsorum poterit recipi in aliquo publico diverforio. Verba Edicti